

In  
Sacros hosce labores  
**ELOGIA ET ELEGIDIA.**

**H**AGGÆI dextrè divina oracula vatis  
Jenensi Pandens docttor in Urbe gracie,  
Mi Cundisiade, diafax lucida Suade.  
Eloquio attraxti mentis potente Gregem.  
Auditor stupuit non unus, ledare revolvi  
Posse, optans, auris quod cupide haufit amor,  
Fit satis buic voto, Vatis dum Oracula vulgas  
De Cathedra doctris enucleata modis.  
Jhoya det, ut fructu labor hic centuplice constet,  
Pareat & monitis cœtus ubique piis!

Reverendo admodum, & Amplissimo Domino Autori, Comis  
patri, & in Christo Patri meo honorando fundebam,  
& mittebam congratulationis, & re-  
cordationis ergo

**Balthasar Balduinus, SS. Theol. D.**  
hactenus Dioecesos Zwickaviensis, nunc Ecclesie  
Ratisponensis Superintendens.

**P**rodeat Haggæus Cundisi voce styloq;  
Nostro applicatus tempori.  
Prodeat. Et multos moveat, ne Templo Scholasq;  
In posterum sic negligant,  
Indeq; nil, præter iachyras atque ruinas  
Rei domestica, merant.